

LITURGIA HORARUM
Sabbato ad Nonam

Cinquième colloque annuel de l'Institut grégorien du Canada
Fifth Annual Colloquium of the Gregorian Institute of Canada
Chicoutimi, Québec, du 12 au 15 août 2010
Chicoutimi, Québec, August 12th to 15th, 2010

Verset d'introduction



D




E-US, in adju-tó-ri- um me- um in-



ténde. R̄. Dómi-ne, ad adjuvándum



me festí-na. Gló-ri- a Patri, et Fí-li- o, et Spi-rí-tu- i San-




cto : Sic-ut e-rat in princí-pi- o, et nunc, et semper, et in




sæcu-la sæcu-ló-rum. Amen. Alle-lú- ia.

Hymnus

H.D



R Erum, De-us, tenax vigor, immótus in te pérma-



nens, lucis di-úrnae témpora succéssibus detérminans,


² Largíre clarum véspere,
quo vita numquam décidat,
sed praémium mortis sacrae
perénnis instet glória.

³ Praesta, Pater piíssime,
Patrique compar Unice,
cum Spírítu Paráclito
regnans per omne sæculum.

In feriali Officio per annum

Ps 127, 1

♩.II d




B E- á-ti omnes* qui timent Dóminum. E u o u a e.

TONUS II



Sic incí-pi-tur, et sic flécti-tur, † et sic me-di-á- tur; *



Atque sic fi- ní-tur.

Psalmus 125

In converténdo Dóminus captivitátem **Sion**, *
facti sumus quasi somniántes.
Tunc replétum est gáudio os **nostrum**, *
et língua nostra exsultatióne.
Tunc dicébant inter **gentes**: *
«Magnificávit Dóminus fácere *cum eis*».
Magnificávit Dóminus fácere nobíscum; *
facti sumus *laetántes*.
Convérte, Dómine, captivitátem **nostram**, *
sicut torréntes *in austro*.
Qui séminant in **lácrimis**, *
in exsultatióne **metent**.
Eúntes ibant et **flebant** *
semen spargéndum *portántes*;
veniéntes autem vénient in exsultatióne *
portántes *manípulos suos*.
Glória Patri, et **Fílio**, *
et Spirítui **Sancto**.
Sicut erat in princípío, et nunc et **semper** *
et in *sæcula sæculórum*. Amen.

Psalmus 126

Nisi Dóminus ædificáverit **domum**, *
in vanum labórant, qui ædíficant **eam**.
Nisi Dóminus custodíerit civitátem, *
frustra vígilat, qui custódit **eam**.
Vanum est vobis ante lucem **súrgere** †
et sero quiéscere, qui manducátis panem **labóris**, *
quia dabit diléctis suis **somnum**.

Ecce heréditas Dómini **fílii**, *
merces fructus **ventris**.
Sicut sagíttæ in manu poténtis, *
ita **fílii iuventútis**.
Beátus vir, qui implévit pháretram suam ex **ipsis**: *
non confudétur, cum loquétur inimícis suis *in porta*.
Glória Patri, et **Fílio**, *
et Spirítui **Sancto**.
Sicut erat in princípío, et nunc et **semper** *
et in *sæcula sæculórum*. Amen.

Psalmus 127

Beátus omnis, qui timet **Dóminum**, *
qui ámbulat in *viis eius*.
Labóres mánuum tuárum manducábis, *
beátus es, et bene *tibi erit*.
Uxor tua sicut vitis fructífera *
in latéribus *domus tuæ*;
fílii tui sicut novéllæ olivárum *
in circúitu *mensæ tuæ*.
Ecce sic benedicétur **homo**, *
qui *timet Dóminum*.
Benedícat tibi Dóminus ex **Sion**, *
et vídeas bona Ierúsalem ómnibus diébus *vitæ tuæ*;
et vídeas fílios filiórum tuórum. *
Pax *super Israel*!
Glória Patri, et **Fílio**, *
et Spirítui **Sancto**.
Sicut erat in princípío, et nunc et **semper** *
et in *sæcula sæculórum*. Amen.

Lectio brevis

(Mic 6, 8)

Tonus



F Ratres : Sóbri- i estó-te et vi-gi-lá-te : † qui- a adver-
sá-ri- us vester di- á-bo-lus, tamquam le- o rú-gi- ens círcu- it,
quæ-rens quem dé-vo-ret : * cu- i re- sísti- te fortes in fi- de.


Indicátum est tibi, o homo, quid sit bonum et quid Dóminus quærat a te: † útique fácere iudícium et dilígere caritátem et sollícitum ambuláre cum Deo **tu**o.

V/. In via testimoniórum tuórum, Dómine, delectátus sum.

R/. Non oblivíscar sermónem **tu**um.

Supplicatio Litanía et Oratio Dominica.

K



Y-ri- e e-lé- i-son. R̄. Christe e-lé- i-son.



Ký-ri- e e-lé- i-son.


P



A-ter noster *secreto usque ad*




Ū. Et ne nõs indú-cas in tenta-ti- ó-nem.



R̄. Sed lí-be-ra nos a ma-lo.

Oratio conclusiva

Tonus




O - rémus. Ví-si-ta, quáesumus Dómi-ne, ha-bi-ta-ti- ó-
nem istam, et omnes insí-di- as in-imí- ci ab e- a longe
, Flexa
re-pél- le : † Ange- li tu- i sancti há-bi- tent in e- a, qui
/ Metrum
nos in pa-ce custó-di- ant: * et be-ne-dícti- o tu-a sit super
, Punctum
P ER Christum Dóminum nostrum. R/. Amen.

Célébrant : Oremus.

Exáudi nos, Dómine, et præsta pacem, quam pétimus, consummátam, † ut cunctis diébus vitæ nostræ tibi cum iucunditáte *vacántes*, * beáta María Vírgine intercedénte, ad te secúri perveníre mereámur. Per Christum Dóminum **nostrum**.

R/. Amen.



V. Be-ne-di-cámus Dómi-no. R/. De- o grá-ti- as.

V/. Dívinum auxílium máneat semper nobíscum.

R/. Et cum frátribus nostris abséntibus. Amen.

V/. Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace.

R/. Amen.